



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 202. An ille, qui originale testamentum vel alias literas in favorem suū factas amisit, possit privatim simile instrumentum confingere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

tem, secundum L. Trebellianicam, de qua dicitur n. 1171.

1123 Q. 202. An ille, qui originale testamentum vel alias literas in favorem sui factas amisit, possit privatim simile instrumentum confingere. R. §. 1. Si ablit præjudicium tertii, per hoc non committeretur crimen falsi, ut tenent Nav. & Saa apud Mend. in stat. d. 13. q. 16. uti nec ille est falsarius, qui in re aliqua mutat scripturam, dummodo veritati innitatur, uti docent Gravet. Alciat. Menoch. & alii cum Mend. n. 249. quia crimen falsi est *perversio veritatis cum dolo & alterius jactura*, quod hic non est.

1124 §. 2. Licet substituendo tale instrumentum nulli inferatur præjudicium, id tamen est illicitum, & merito puniret forum externum, quia cum sic dari posset occasio fraudum, merito id reprobatur Respub. ita Bald. Fas. Barb. Covarr. l. 1. Variarum. c. 2. n. 3. Laym. l. 3. t. 3. p. 1. c. 4. n. 3. Non esse autem mortale, docent Caj. & Saa; Et quamvis aliquis dicere possit hoc non esse nequidem contra veritatem, eò quod directè intendatur tantum recuperatio vel conservatio rei suæ, licet per accidens alii decipiantur, putantes esse primum ac genuinum instrumentum, tamen Covarr. Laym. Mend. n. 252. melius dicunt esse etiam contra veritatem, quia talis intendit suam utilitatem per hoc, quod aliis suadebitur illud esse primum instrumentum, ergo intendit aliorum errorem & deceptionem: deinde saltem scripto testatur eam esse subscriptionem Notarii vel alterius disponentis aut testantis, quod falsum est. Ex eadem ratione putat Mend. n. 253. eum peccare contra veritatem, qui utitur tali instrumento per alium confecto.

DUBIUM